



179

177

183

173

188

168

228

128

278

078

De loco turpi, in quem casu venimus.

Consequenter procedentes ad locum quendam venimus ubique ignominiosum, quem salva honestate nec nominare possum, sed injuria et contumelia nominis Christi et derisio catholicae fidei et opprobrium fidelium cogit me de hoc clare loqui, cum indulgentia tamen et pia legentium interpretatione. Venimus, inquam, per publicum civitatis vicum in locum, ubi ante ostium domus sedebant mulieres multae pulchrae, ad omnem impuritatem ornatae, et erant pro dolor! Christianae omnes, scorta delicatissima, prostitutae per sceleratissimos Christianos lenones, in publicum expositae omnibus, Judaeis, Samaritanis, Sarracenis, Mameluccis, Tartaris et impudicissimis Christianis. Erant autem miserae istae de Christianorum terris, quaedam de Francia, aliquae de Hispania, de Calabria, de Italia, aliquae autem et pars major erant Catalonae, aliquae Januenses, Paduanae, Tervisanae et Venetianae, filiae non dubium honorum hominum, seductae per intemperatas (passiones?) et usque in fauces damnationis inductae. Eo enim ipso, quo comiscuntur infidelibus, sunt excommunicatae, per can. 28, 9. 1. si quis etc. Ideo ad praecavendam illam inodationem et excessum tam depravatae conmixionis statutum in partibus fidelium est, ut Judaei signa manifesta portent, ne me-

Ende

Anfang